Vatecinium Reticy Doctoris et Astrologi.
Doctissimi Medici. Ao 1551. de Regnatione
Regni Poloniæ post decessum Regis mundi
Augusti Regis Polonorum.

Primus Rex Poloniæ erit Gallus, qui magno periculo intrabit,
paulo post erit profugus, post aliquot annos occidetur.
Variæ in fide dissensiones.

Secundus Rex erit homo parvæ conditionis, cujus regni gu,
bernatione multi perturbantur.

Tertius erit electus et adversus, Regno privabitur et erit
captus, spoliatus, dimissus ad suos, sed sine corona redibit.

Quartus erit Indigena homo pius, felix, duabus coronis coro,
nabitur cum magno vitæ ipsius periculo, conjuge una
orbabitur, prole pulchra gaudens, secunda retro re,
licta cum dissensione in Resp. vita ipsius alienabitur,
Cujus gubernatio late se extendet, regnabit annos
44 menses aliquot.

Quintus erit homo felicissimus, hostes profligabit, tranquilli,
tatem sanctam gerens, Remp. pacatam tranquillamque
per annos 17. durabit.

Sextus.

Ultimus peregrinus homo insignis, cujus gubernatio
ultima Reip. erit, Inimicos Ecclesiæ exstirpabit, ad uni,
tatem fidei inducet, Turcam cum vicino profligabit,
jura et privilegia Regni Statutaque varijs articulis
ordinabit, Latrocinia, Incursiones Domesticas exstir,
pabit, subditos à Nobilium oppressione liberabit
et alia omnia ad Statum suum reducet, post cujus
obitum, fames, pestilentia, Incursiones ~~[illegible]~~ hostium
et omne malum redibit.